

Est tibi simplicium secreta potentia rerum,
Multaque quæ multi non potuere refers.
Ambrosio is grauis, tu fers Panacea salutis,
Dona senis Coi, Pergamus alter eris.
Corpore quicumque oderunt, animoue dolere,
Hæc tua debebunt Pharmaca amara amare.

CHRONICA.

PHARMACA LAVDENTVR,
CAVSANT, ET DONANT SALVTEM,
QVARE NVNC DOLOREM
SVSTINENT DILECTISSIMI.

G. F. H. M. I. A. & C.

AD LAVDEM PHARMACOPEIAE.

Ecquis non celebret te Liber auree,
Auro nobilior Pharmacopeia,
Mundum cum properas visere languidum?
Tu vitæ columen, tu medicans salus,
Præsens Auxilium; Norma scientiæ,
Quâ mæstas animas mortis ab impetu,
Parcarumque colis fortiter eripis.
Siue herbæ placeant; seu medicamina,

Quæ

Quæ fert Oceanus largus ab India ;
Siue Ales, gelidum qui secat æthera ;
Seu tranans pelagum squamigerum genus :
Obseruare doces omnia : discutis
Cui quodvis Medicum conueniat malo.
Morborum species hactenus abditæ,
Infestumque homini quodlibet irruat,
Non est quod timeat, copia dum Tui est.

CHRONICON.

MEDICINA NOBIS UTILIS.

Aliud

PHARMACOPEIA UTILIA NOBIS DABIT.

DOMINICVS VANDEN DYCK,

Med. Iur. Antwerp.

IN LIBROS DE PHARMACIA ANTVERPIENSIS

EPIGR A M M A.

NISI ADVIGILES : Mors In oLLa. 4. Reg. 4. 37.

C Vria selectos Medicos collegit in vnum,
Hinc Medico nomen Colligo Collegio.
Vis vnta valet : sed, & hinc, nisi colligat Herbas,
Collega , & duplicet Pharmaca docta manus ;
Vim nisi vi pellat, coget Mors tristis in olla
Antidoti ignaros anticipare diem.
Incautus Medicus læsit, qui non legit Herbas,
Eligat , aut paucos multa legisse iuuat.
Eligere haud satis est , longa nisi colliget arte,
Colligat, aut multis impiè colla ligat.

D I L I G I T E I N V I C E M ,

&

E R I T I S M E D I C I N A S A L V T I S .

M. BOVDE WYN S , Med.



AD